litteris caracteriſticis ամենայն omnis. unde totum hoc compoſitum hunc quaſi ſenſum reddit: credimus corde omnium perfectiſſimo. սրտիւ verò eſt in caſu inſtrumentali, nomen ſimplex ⁊ declinationis regularium.

զՀայրն: Eſt caſus accuſativus ſeptimæ declinationis irregularium cum pronomine, ſeu ſigno demonſtrativo in fine affixo. ut Patrem jllum.

ԱԾ: Eſt Nomen Dei abbreviatum Nonæ declinationis regularium pro Աստուած Deus.
Hic benè notandum, quod Siglarum ſeu nominum abbreviatorum frequentiſſimus apud Armenos ſit uſus, tum in impreſſis, tum manuſcriptis libris, ſpecialiter tamen in Epiſtolis familiaribus. Quod autem iſtas voces attinet, nimirum per զՀայրն ԱԾ Patrem illum Deum, Deum dicunt Armeni, et Sanctiſſimæ Trinitatis